



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita Ioannis Berchmanni Flandro-Belgæ Religiosi Societatis Iesv**

**Cepari, Virgilio**

**Antverpiæ, 1630**

Quomodo se ad tuendas Philosophiæ quæstiones compararit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46083](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46083)

*Ut se ad  
ruendas  
Philosophiæ  
quæstiones  
compara-  
rit.*

studioque ad eam obeundam comparauit. Vnum prætereà addebat, quo facile liquebit, quàm procul omni honoris ambitione auraque populari haberet animum, qui non tam doctrinam, quàm virtutem, vnicum doctrinæ decus, affectabat: nimirum consuluit conscientiæ Præfectum, ( qui illi quoque à pœnitentiæ sacris erat ) foretne è maiore Dei gloriâ, efficere omni conatu ne publicè Philosophicas quæstiones tueretur, an potius quod sibi munus iam impositum erat, nullâ recusatione susciperet, nec ne. Atque ille ex vnâ iam dicti Patris sententiâ pendebat, haud dubiè facturum quidquid ille suafisset: sed is modestissimâ quidem iuuenis continentiam latus, ne omnino tamen intercederet vllumve obijceret impedimentum, adhortatus est. Quo auctore, positas de vniuersâ Philosophiâ theses publicè propugnauit VIII. Idus Iulias anni M. DC. XXI. non minore ingenij, quàm modestiæ eruditionisque laude: quippe qui perfecta semper extiterat imago probi Scholastici Societatis nostræ.

Alterum quod restat pertractandum, illud erat, quantâ perfectione res eas obibat quotidie, quæ ab Alumnis promiscuè administrantur, quo tempore studijs operam dant, quamquam pauca id genus supersint, post bonam seriem rerum iam suprâ allatarum.

Obser-